

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum

[S.l., Mainz], 1523

Qvod et in proxime habitis vvormaciae comicijs, de hactenus memoratis
grauaminibus tractatum siet

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114121)

onus est. Eapropter necessario, ac summa prudentia curandum est, ut deinceps nemo se memoratorum religionum uotis uel adstringat, uel addicet, nisi prius ea de re ciuiles magistratus certiores fecerit, quorum praesentia, auctoritate & consilio religionem ingredi uolentibus, a parentibus & amicis, iuxta cuiusque fortunam ac facultates, mediocriter prouideri debet, ut habeant, unde commode in monasterijs uiuere possint. Ea tamen lege, eo pacto & conditione, ut omnibus haereditatibus, omnibusque parentum, fratrum, sororum, cognatorum cohæredum, ac quorumcunque aliorum successione renuncient, in animumque nequaquam inducant suum, se in posterum hereditario iure quicquam nedum sperare, tantum abest, ut consequi se posse putare queant. Idemque cum his, qui iam olim religionum regulis sese subiecerunt, fieri a sacri Rom. Imperij Statibus, & petitur, & censetur.

Q. VOD ET IN PROXIME HABITIS
VVormaciae comitijs, de hactenus
memoratis grauaminibus tractatum
fiet.

Potior item pars, hactenus enumeratorum articulorum Romanam Sedem, Archiepiscopos, Episcopos, Praelatos, Officiales, Ecclesiastica consistoria, caeterasque ecclesiasticas personas concernentium Caesareae Maiestati in proximo Principum ac procerum VVormaciae celebrato conuentu a laicis Imperij columnis & Statibus, in scriptis, non sine supplicibus oblata est precibus, quo praedicta grauamina, aequitate, necessitateque ita postulantibus abolet, atque e medio penitus tollat. Quod ipsum non clam
E iij Archiepi:

Archiepiscopis, Episcopis, reliquisq; ecclesiasticorum Sta-
tibus, in praedictis Comitijs factum est. At hucusq; nihil
uel immutare, uel emendare ceperunt. Eam ob rem secu-
lares Imperij ordines, necessario, urgentibusq; ex causis
adaeti sunt, Papali Sanctitati supra memorata, ac
no amplius ferenda onera, prout sua San-
ctitas, clementi Christiano, plane
q; paterno, animi adfe-
ctu fieri petijt,
indi-
care, atq; sup-
pliciter rogare, quo pre-
dicta grauamina sua sanctitas
emendet, atq; e me-
dio tollat.

F I N I S.

